
SPECVLVM SYNTOMON

IPSISSIMAE VERITATIS CATHOLICAE PENES *Sacramentum Corporis Dominici, aduersus huius sæculi Apisto-neo capharnaitas, & Antichristoprodromos.*



Ps.71. Gen.49.

Erit memorabile Triticum, cuius panis delitias præbebit Regibus,

Ps.77. Sapi.16.

Panem Angelorum manducauit homo; omne delectamentum in se habentem.

Math. & Ioa.6.

Petite panem supersubstantialem; qui permanet in uitam æternam.


D. Thomas Opusc.57.

Dogma datur christianis, quòd in carnem transit panis, & uinum in sanguinem.

Epiphan. Hær.59. 1.Tim.3.

Est uia regia sancta ECCLESIA; *& iter ueritatis.*

Impressum Neap. in Platea sancti Laurentij (cum licentia Reuerendiss. Vicarij) per Raymundum ab Amato Ian.3. Anno benignitatis dominicæ. 1559.



SACRAE THEOSOPHIAE INTE-
gerrimo Doctori, & Praedicatoriae Familiae Sectatori diligentissimo F. Marco Castri maris Io. Franciscus Lomb. Neap. S. D.



VM Vidissem Satanam hodierno saeculo Fidei orthodoxae inexpugnabile munimentum, plurima in Agro Dominico seminasse Zizania: nec illi in tam imanissimo scelere defuisse ministros, (quos rectius inimicos crucis Christi Doctor gentium uocat) Qui bonum semen, quod est Apostolorum, Patrumq; doctrina, manibus, cauponũ more adulterarent: pedibusq;, ritu porcorum conculcarent. Quiq; inter caeteras eorum insanitates, lucidissimam Sacramenti Altaris ueritatem (quod Synaxin Areopagites appellat, Cyrillus uerò cũ
θυσίαν ἀναίμακτον. Damasceno Sacrificium incruentum) assiduè obscurare non desinunt, cum carnalibus Capernaitis, impioq; Berengario in angulis sic mussitantes, Quomodo potest hic Christus carnem suam dare ad manducandum? Cumq; ipse uermiculus ita flagrantissimam Fidem (Christus deus scit quod non mentior) adhibeam huic Pignori haereditatis nostrae, quàm reliquis Fidei dogmatis: ut paratus sim singulis horis pro illa mori: & si (ut ait meus Doctor angelicus) specialem prae illis cõtineat difficultatem.
2.2 q. 1. Statui ex quorundam Catholicorum monimentis Encharidiolũ hoc instar SPECVLI excerpere, ad Dei inuisibilis gloriam, ad Ecclesiae uisibilis (procul sit aerea Neochristianorum) exiguam aedificationem, ad Sacramentariorum (Deus faxit ut resipiscant a Diaboli laqueis) op-

probrium sempiternum, Illudq; tuo nomini nuncupare, cùm ob singularem eruditionem, probitatemq; tuam, tum q modò publico in Gymnasio Mag. sent. titulũ de Eucha. legendi munus assumpsisti. Accipe itaq; tui Francisci Xeniolum hoc, inditium meæ erga te beneuolentiæ, & dominum Iesum ores, ut qui in ipso manemus, & uiuimus, à corpore eius i. Ecclesia, nõ recedamus, exin ut super mẽsam Patris eius edere, et bibere ualeamus. Vale. 8. Idus Nouẽb: Anno Τῆς χριστοῦ Τοῦ Τοκου M.D.LVIII.

Cypri. orat. do mini.

Cant. 5. Prouer. 9. Mat. 28.

Comedite amici, & bibite Vinum, Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi.

℄ Mat. 26. Mar. 14. Lu. 22.

HOC EST CORPVS MEVM, Quod pro uobis datur.
HIC EST ENIM SANGVIS MEVS NOVI TESTAMENTI, QVI PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM.

℄ Ioa. 6.

Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus.

℄ Canon Liturgiæ.

C. cum marthæ de celebratio. missæ.

HOC EST ENIM CORPVS MEVM,
HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI MYSTERIVM FIDEI, QVI PRO VOBIS, ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM.

℄ 1. Cor. 10.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? & Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

℄ 1. Cor 11.

Quicunq; manducauerit panem hunc, & biberit Calicẽ Domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini: Probet aũt seipsum homo: q.n. mãducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans Corpus

Domini.

S. Andreas Apost.

Histor. presb. acha. apud Lippo. Omnipotenti Deo omni die sacrifico non taurorum carnes, sed immaculatum Agnum ĩ Altari crucis quotidie sacrifico: cuius carnes postq; omnis populus manducauerit, & eius sanguinem biberit, Agnus qui sacrificatus est integer perseuerat, & uiuus.

Ro.6.

Patrum apertissima testimonia.

Theophylactus.

Super Marc. 14. ἀντὶ τύπον Io.6. Dominus dicit, Panis quem ego dabo, caro mea est: non dixit figura est carnis meæ, sed caro mea est. & rursus; nisi manducaueritis carnem filij hominis. et quomodo dicis, non.n. caro uidetur? propter nostram ò homo infirmitatem.

Super Io.6. Attende q panis qui in mysteris à nobis estur, nõ est figura carnis Domini, sed ipsa Domini caro: non.n. dixit, q panis quẽ ego dabo figura est carnis meæ, sed caro mea est: transmutatur.n. arcanis uerbis panis hic per mysticam benedictionem, & accessionẽ spiritussancti ĩ carnẽ Domini. μεταποιεῖται.

Chrysostomus.

O Dei in nobis beneuolentia, q sursum sedet ad patris dexterã, sacrificij tamen tempore hominũ manibus continetur, fitq; in totĩ sub oculis humanis. 3. de dign. sac. c.4.

Cum.n. suum in nos amorem indicare uellet, per corpus suũ se nobis immiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus cũ capite uniretur, & ut nos maiori charitate astringeret, permisit se tangi, manducari, & dentes carni suæ infigi. Hom. 45. super. Io. 1.co.12. Nota

Num uides panem, & uinum? num sicut reliqui cibi in secessũ uadunt? absit. ne sic cogites, stemus igitur trementes, & timidi demissis oculis. Ser. de euch. Sedquid hodie?

Cyrillus.

Innumerabilia sunt, ĩ quibus si, quomodo, quæras, necesse erit tibi totam scripturã euertere: quare credidisse potius Christo uos Iudæos oportet: & siquid arduum uidetur, ab eo humiliter petere, q; ueluti temulentos exclamare, quomodo potest hic carnem suam ad manducandum dare? 4. sup. Io c.13. Grego. ho. 22. de agn. pasc. illi. c. 14.

Mat. 9. Quod si solo tactu filia principis,
Lu. 7. & filius uiduæ redintegrantur
ad uitam, quomodo non uiuemus,
qui carnem illam & gustamus,
& manducamus? nec uelis iudai-
Nota cōpa. cè, quomodo, quærere, sed recor-
dare, quis naturaliter Aqua sit
frigida, aduentu tamen ignis fri-
giditatis suæ oblita æstuat.
Epist. 10 Simile Incruentum in Ecclesiis perfi-
Ire. 4. cimus cultum, atq; ita ad mysti-
c. 32. cas accedimus benedictiones, et
1. co. 6. sanctificamur, participes facti
sanctæ carnis, pretiosiq; sangui-
nis seruatoris nostri Iesu: nec ut
cōmunem carnē accipimus, absit

4. c. 14: Damascenus.

Heb. 4. Si uerbum dei uiuens est, et effi-
Ps. 113. cax, ac omnia quæcunq; uoluit
Ge. 1. fecit: si dixit fiat lux, & facta
Io. 1. est: si uolens ipse Deus Verbum
factus est homo, & ex sanctæ
semper uirginis sanguinibus in
seipso carnem sine semine sustē-
tauit, non potest panem suiipsius
carnem facere, et uinum sangui-
nem? Et sicut Spiritussancti ener-
Ps. 32. gia fecit Deus omnia quæcunq;
uoluit, sic nūnc illiusmet effica-
cia hæc super naturā operatur,
quæ non potest capere, nisi sola Iuli. pamer. cōtra iud. lib. 2.
Fides. Interrogas quomodo panis
fit corpus Christi, & uinum fit
sanguis? dico tibi & ego, Spiritus Luc. 1.
sanctus superuenit, & hæc facit
super sermonem, & intelligenti-
am. panis, autem & uinum trās- μετα
sumuntur, nouit. n. dominus hu- λαμ
manam infirmitatem, quod complu- βανε
ra usu non trita auersatur ægrè ται.
ferens, assueto igitur condescen-
su usus, per consueta naturæ fa-
cit ea quæ sunt super naturam. ibid.
Panis, & uinum transmutantur μετα
in corpus, & sanguinem Dei: si ποιοῦν
autem modum requiris quomodo ται
fiat, sat sit tibi audire, quoniam
per Spiritum sanctum: & nihil
plus cognoscimus, quā quod Verbū Nota et
Dei est uerax, efficax, & omni signa.
potens, modus autē inscrutabilis.
Panis, & uinum non est corpo-
ris, et sanguinis Christi figura,
(absit hoc) sed ipsum corpus do- τυ
mini deificatum, ipso dicente, hoc πος.
est meum, (non figura corporis) Mat. 26

Sed corpus: & non figura san-
guinis sed sanguis: & ante hoc
Ioa.6. Iudæis, caro mea uerus ē cibus.
& iterum, qui manducat me ui
uet. Proinde omni cum timore, cō
Nota scientia pura, & indubitabili Fi
Ortho doxe. de accedamus, & ueneremur ip
sum omni animi puritate, & cor
poris, duplex n. est, accedamus ei
desiderio ardenti manus in cru
cis modum formantes corpus cru
cifixi suscipiamus.

¶ Eusebius emisenus.

Homi. 5. de cor. do. C. quia cor. de conse. dis. 2. Recedat omne infidelitatis ambi
guum, quoniam qui est auctor mu
neris, iste etiā est testis ueritatis:
nam inuisibilis sacerdos uisibiles
creaturas in substantiam corpo-
ris, & sanguinis sui secreta pote
state conuertit, ita dicens, accipi-
Luc:22 te, et comedite, hoc est corpus me
um: & sanctificatione repetita,
accipite, & bibite, ait, hic est san
guis meus. ergo sicut ad nutum
Ps: 32: 148. præcipientis domini repente ex
nihilo substiterunt omnia cælorū
excelsa, profunda fluctuum, ua-
sta terrarum, ita pari potestate
in spiritualibus sacramentis, ubi
præcipit uirtus seruit effectus.
Itaq; cùm reuerendum Altare ci
bis spiritualibus satiandum ascē
dis, sacrum Dei tui corpus, & Nota fidelis.
sanguinem Fide respice, honora,
cordis manu suscipe, et maximè
totum haustu interioris hominis
assume.

¶ Basilius.

Quoniam panis uerus est Domi Super Ps.33.
nus noster, & caro ipsius uerus
est cibus, necesse est uoluptatem Ioa.6.
lætitiæ panis per gustum spiri ἐγγι
tualem nobis innasci. εσθαι
Ecclesiæ cōcreditum est corpus, Epis. 76.
& sanguis Christi.

¶ Origenes.

Tunc in ænigmate erat Manna Homi. 7. sup. nume.
cibus, nunc autem in specie caro
Verbi Dei est uerus cibus, sicut Exo.16
ipse dicit, quia caro mea uerè est Ioa.6.
cibus, & sanguis meus uerus est
potus.

¶ Athanasius. Sup. 1. cor. 11.

Nā si certiores essemus quisnā,
& quantus sit ille, qui nobis in
conspectu adiacet, nulla ferme al

terius ope indigeremus, sed solus ille & continentiam, & uigilantiam compararet.

¶ Tertullianus.

De car. resur. Caro nostra nutritur corpore, et sanguine Christi, ut etiam anima Deo saginetur.

¶ Cyprianus:

Ser: de cœna domi. Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotentia uerbi factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas uidebatur, & latebat diuinitas, ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, ut esset Religio circa sacramenta deuotio.

Nota, & signa. Panis iste cõmunis in carnem, et sanguinem mutatus, procurat uitam, et incrementum corporibus.

¶ Hilarius.

De tri. lib.8. Nos uerè sub mysterio carnem corporis Christi, & eius sanguinem sumimus: & de ueritate carnis, sanguinisq; eius non est relictus ambigendi locus.

¶ Ambrosius.

De sac. 4.c.4. Tu forte dicis, meus panis ē usitatus: sed Panis iste, est panis ante uerba sacramentorum, ubi accesserit consecratio de pane fit caro Christi: sermo eius hoc conficit sacramentum: quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia. Vides ergo quàm operatorius sit sermo, Christi, si ergo tanta uis est in sermone domini Iesu, ut inciperent esse quæ non essent, quantò magis, ut sint quæ erant, ut in aliud commutentur: sermo.n: Christi mutat quando uult instituta Naturæ: C. panis co.tit. Heb.1. Ioa.1. Gen.1. 2.Mac. 7.

Quid hic quæris Naturæ ordinē in Christi corpore quum præter naturā sit ipse natus ex uirgine? De my st.eriis. C. reuera co tit.

¶ Augustinus.

Nos autem in specie panis, & uini quam uidemus, inuisibilia i. carnem, & sanguinem honoramus: nec similiter pendimus has duas species, quemadmodum ante consecrationem pendebamus, cùm fideliter fateamur ante consecrationem panem esse, & uinum quod Natura formauit, post uerò consecratione, carnē, et sanguinē quā benedictio consecrauit. De sen. Prosp. C. nos autem. cod.tit. Quid corui croci tanti?

Ibid.c. hoc est eo.tit. Caro eius est, quã sub forma panis op[...] in sacramento accipimus: & sanguis eius quem sub uini specie, & sapore potamus.

De uer. dom. se cun. lu. ser.28. Dixi quod ante uerba Christi quod offertur panis dicatur; ubi Christi uerba deprompta fuerit, non panis dicitur; sed corpus appellatur.

¶ Gregorius.

Hom. pasc.c. quid sit san.eo. tit. O sacrum mysteriũ quod sancta Trinitas operatur, uno, eodemq; momẽto idem Deus qui præsidet in cœlis, in manibus sacerdotum est in sacramento Altaris.

Dial.4. c.58. Quis.n. fidelium in dubium habere potest, ad sacerdotis uocem in hora immolationis cœlos aperiri, ima summis sociari?

Hom. 24.10. 20. Bonus pastor animam suam pro ouibus posuit, ut ĩ sacramento nostro corpus suum, & sanguinem uerteret, et oues quas redemerat

Iob 31. carnis suæ alimento satiaret.

¶ Hieronymus.

Ser.do. Singuli fidelium accipiunt Christum dominũ, & in singulis portionibus totus est, seq; in singulis integrum præbet. 5.post Epi. c.sing. eo.tit.

¶ Innocentius.3.

In Ecclesia catholica idem ipse est sacerdos, & sacrificium Iesus Christus. In cõcl. later: c. firmiter de sum. Tri.

¶ Clemens 5.

Transiturus de mundo ad patrem Seruator noster, sumpta cœna, in memoriam mortis suæ instituit magnificum sui corporis, & sanguinis sacramentum. In conc. uien. cl. si domi. de rel. & uen. san.

O singularis liberalitas, ubi donator uenit in donum, & datum est idem penitus cum ipso dante: Luc.22 1.co.11

O memoriale nobilissimũ intimis commendandum præconijs.

¶ Eugenius 4.

Sacerdos in persona Christi loquens conficit hoc sacramentum, nam ipsorum uerborum uirtute substantia panis in corpus Christi, & substantia uini in sanguinem conuertuntur. In cõc. flor.

HYDROMYSTERII EXEGESIS.

Ecc.36 Immutauit Christus mirabilia, & dixit, nunc cœpi uinum in aquã Ps.76.

Ioa.2. mutare, ut pro sacrificio uespertino uinum in sanguinem meum uerè Ps.140

Mat.26 conuerterem. Τῷ Χριστῷ Χάριτας.

